

56
Corollarium Honoris,
V I R O
MAGNIFICO, NOBILISS. AMPLISS.
DN. DANIELI
WACHSCHLAGERO,

Burggravio Regio Gravillimo, Præ-
Cos. Thor. Prudentissimo, Scholar-
chæ Gymnasii

ab Annis triginta & ultra
Vigilantissimo,

Anno Restaurati Generis lapsi 1689.

Ætatis sexto & Sexagesimo,


Die Ferialium Solennium Martii 25.

à

Rectore, Professoribus, Cæ-
terisque Docentibus reveren-
tenter adornatum

Famæque ejus Dedicatum.

THORUNII typis excudit CHRISTIANUS BEKK.



Sclaros quinque Viros, anno vertente, maligna
Mors rapuit, quorum nomina scripta polis.

Praconsul, Consul, Scabinorumq; Magistri
Sunt, & Scabinus, sunt duo Fulcra Scholæ.

Hæc nemo sævæ temnat molimina mortis,

Quæ nos egregiis vult spoliare VIRIS.

WACHSCHLAGER nostræ celebris *Burggravius* Ur-
bis,

Atque *Scholarcha* vigil, concidit ante diem!
Flete Virum Musæ, quas *Hic* vehementer amabat,

Flete Virum Cives, sanguine juncta Cohors.

Tu DEUS ex alto reliquos servato *Patronos*,

Ne moriantur & *Hi* morte furente citò.

Et largire iterum magnum *Virtute Scholarcham*,

Qui faveat nobis, qui faveatq; *Scholæ!*

f. c.

D. PAULUS Hofmanni

Gymn. R.

Si ravidam CHRISTUS mortem deleavit, & ejus
Horrida confregit spicula, morte suâ:

Cur morimur? Cur tot densantur funera? Magnus

Cur WACHSCHLAGERUS morte peremptus obit?

VIR gratus REGI, Regno, Patriæq;, Suisq; ,

Magnificis gratus Nobilibusq; VIRIS.

Praecon-

Praconsul clarus, Burggravius inclytus Urbis,

Annos ter denos atq; Scholarcha Gravus

Eximie doctus Latiali dicere Lingvâ,

Quæ bona, quæ quovis digna fuere loco.

Hunc mirabantur Galli doctiq; Poloni,

Oreq; Germani fundere verba suo.

Hunc venerabantur celebrem virtute Patrum

Doctores, quæis sunt tradita scepra Scholæ.

Sapius insolito quos ille exceptit honore,

Colloquio, & donis, candide Bacche, tuis.

Magnus cum magnis consortia multa colebat,

A magnis etiam præmia magna tulit.

REX etenim tanto hunc complectebatur amore,

Nuper ut aureolo torqve bearet Eum.

O venerande Senex, requiesce beatus in urna,

Mors Tibi securo nulla nocere potest.

CHRISTUS enim sævæ destruxit acumina mortis,

Æternis ne nos pungeret illa rogis.

In dulcem somnum CHRISTUS mutavit eandem,

Ut sit ad atherias janua certa domos.

Firmiter in CHRISTUM qui credit corde fidei,

Non unquam moritur, nec morietur homo.

Vos Nati, Cives & Amici & Sanguine juncti,

Parcite tot lacrymis busta rigare VIRI.


Quin & vos, eheu, tristes Heliconis alumnae

Factorem vestrum parcite flere bonum.

Iam paradisiacis exultat letus in hortis

Mæcenæ vester, munificusq; Pater.

Candi-



*Candidus infroctum miratur limen Olympi,
Sub pedibusq; videt sidera clara poli.*

Honoris ultimi gratiâ, & in solamen Le-
gentium condolens apposuit

Wenceslaus Johannides,

Gymn. Thorun. P.P.

Alter mensis abit, quo funere meruit acerbo
Mors fera, mors tristis, mors sine lege furens,
Præcipuum Patriæ Civem, fidumq; *Scholarcham*, *
Qvi multa javit dexteritate Scholam.
Nunc istum multo graviorem (ô fata!) THORUNÆ
Imprimit, illius dum petit atra Caput.
Sternit quippe Virum magna Virtute potentem,
Eloq; vto, vultu, consilioq; gravem,
Urbis *Burggrabium*, clarum *Præconsulem*, & hujus
Gymnasii summum lustra per ampla ducem.
Augusto gratum REGI, Regniq; Ministris,
Qvos merita dexter Sarmata laude vehit,
Nutantis Patriæ Patrem, columenq; decusq;
Deniq; Musarum nobile præsidium.
Tot meritis plane egregiis, tot honoribus auctum,
Jam trahit in censum trux Libitina suum.
O duram sortem! quæ funere mergit in uno
Tot dotes, animi tot monumenta gravis!
Ipse ego (quid celem luctum, causamq; doloris?)
Vix ægre pressis tempero lacrymulis.
Nam blando nuper dum me sermone teneret,
Atq; recens Sponso candida vota daret:
Fecit eam mihi spem, presso quoq; pollice, firmam,
Se latus hoc dextrum cingere velle meum:

* *Nobiliss. Dn. Jacobum Wedemeyer, p. m.*

Et

Et me pone sacram deducere Numinis aram,
Ad quam Conjugio sit facienda fides.
At quanto jam jam temerat mea gaudia luctu
Immiti lacerans stamina Parca manu!
Ipso namq; die, sveto Sponsalia ritu
Dum celebros, & precibus Numen adoro piis,
Ipso (ô fata!) die, festivam vellicat aurem,
Nescio, quæ tandem fama sinistra meam.
Ecce tuus moritur, quid agis Neonymphe? Patronas,
Ecce die media nox venit atra Viri.
Quid facerem! gemitus imo de pectore duxi.
Rerum sollicitans irrita vota, vices.
Mirabar tandem præpostera fata, Patrono
Læta quod in tumulum cesserit Ara levem.
Mox tamen attonitas collegi pectore vires,
Simplice decretum Numinis ore trahens.
Tu DEUS! (ingemino tensis ad sidera palmis)
Tu, qui vitæ audis Arbitrator atq; necis:
Ultima solvisti morituræ stamina vitæ,
Tu solus tanti funeris autor eras!
Quid juvat in largos lacrymarum solvier imbres,
Et morte extincti busta rigare VIRI?
Sic visum placitumq; DEO. Nos ferre decebit,
Dux necis ac vitæ quod jubet esse DEUS.
Ergo gravem luctum, lætissima pignora, Nati
Ponite, nec questu sollicitate Patrem.
Ecquid enim terris adeo lugetis ademptum?
Non obiit, cujus nomen honosq; manet.
Vivit parte sua multo meliore superstes,
Fama viget terris, spiritus axe micat.
Illustris cælo delapsa & reddita Virtus
Æternat, sola hic continet ossa lapis.

At

Ast hæsure meis, Tibi, WACHSCHLAGERE, medullis,
Qvem locus, qvem mox abdita claudet humus,
Det sine nocte diem, vitam sine morte, quietem,
Sed sine fine, Dies, Vita, Qviesq; DEUS.

Patrōno, post fata etiam æstimatissimo, ser. LMQ,

M. Johannes Sartorius, Prof. Publ.

Non est de nihilo, cum notræ concidit urbis
fulcrum, quod molem sustulit usq; gravem.
Plangite Pierides, numerosi plangite Cives:
Urbis nam vestræ desitit omnis honos.
Plura licet vellem numeris includere verba.
Non licet; heu nimius me capite ipse dolor.

Lugens posuit

M. Martinus Böhm.

Vixit WACHSCHLAGER, quem Musæ sient Charitesq;
iacturam norunt num reparare gravem?
Vivit at, hoc mundo, ceu retro carcere liber,
liber & a cunctis sollicitudinibus,
Vivit & in gnatis frondosa ut palma renascens,
florete in his tanquam laurus odora comis.

*** **
MAGNO PATRONO

pro multo pauca reponit

P. PATER P.

Magnæ animæ exuvias fluxas, ingensq; cadaver
Post vitam, fasces spretos ebur atq; curule,
Terribilesq; malis, contra acceptasq; secures
Iustis, terra tuo thalamo tumularius in alto,
At mens pura tenet, quo nil sublimius nequam
Esse potest, Cœlum, celebrat pia Sabbata, divæ
Post operas permixta choris, terrestria ridens,
Nanibus contenta piis, Calcare superbis

Incipit

Incipit & pedibus, quæ vanus mundus adorat,
Sed gemit, & moerens Natorum triga, capillis
Excubat tumulum scissis, hoc funere condi
Se putat, & deslet cari dispendia Patris,
Et tibi quis sensus Schola? proh Schola! vera ad fatet
Si velles, quivis te audiret talia fari:
Occidit ante diem, clypeum castosq; salutis,
Qui mea ter denos rursus lapsantia recta
Et annos, studuit diros committere hiatus.
Occidit ante diem, qui debuit esse securus
Iusta, & crescentis vitis extripare Vepreta,
Pondere quæ nimio lassant perimunt & opimos
In gemmu fructus, turpant virtutis agellos.
Vos Nati, tu posteritas, morientis honori,
Hæc inscripta legas vivaci carmina Saxo.
Clauditur hac parva Curator Gymnasii urna,
Pra Consul., vivis liquit post funera fasces.

Joh. Rezik, Prof. Ext.

Exiit è vivis, vita statione relicta,
Vir gravis ac prudens eloquioq; potent.
Curia quem magni titulu & honoribus auxit,
Non potuit rigida frangere tela necis
Flebilis occubuit multo, tristisq; reliquit
Omnes cognatos progeniemq; suam.
Nunc, o magne SENEX, curus & compede liber
Post mundi sordes astra polumq; tenes.

Georgius Lehmannus.

Sonnet.

So ist's? Herr Prot-Scholarch hat alles überwunden/
Berluchet Sorgen-frey die böse Lebens-Zeit/
Die Er geführt hat in manchem Sorgen-Streit.
Jetzt schlaffe der Körper sanft von aller Sorg' entbunden/
Nach dem er seine Seel' in Gottes Hand befunden:
Den freyen Geist vergnüge die stolze Sicherheit/
Die beygelegte Kron' der süßen Ewigkeit!

In

In Frieden-schwangerer Ruh' all Unruh ist verschwunden.
Wie schafft denn dieser Tausch so unverhoffte Schmerzen?
Wol dem / den ew'ge Ruh in seinem GOTT erqvickt /
Der aus der Stultheit ist teelia hingerückt.
Das überleget doch Ihr dreyhalb todte Herz n!
Des Vaters Willen muß die Kinder nie betrüben:
Was ihrem GOTT beliebt muß Christen auch belieben.

Grab-Schrift.

Herr BURGGRAB ruhet hier / und schläffet höchst
vergnüget /
Er hat numehro ganz der Unruh' obgesteget.
In Frieden schliesset Er die Sorgens-Augen zu.
All Sorgen hören auff / hier ist vergnügte Ruh.

Johann Bueschödt / G. C.

Proh dolor! ex urbis nostræ cadit una columna,
Quæ fuit in patrio gloria magna solo.
Burggravius, fides Præconsul, & ipse Scholarchæ:
Hoc meritò cives flege, dplere. decus,
Consilio semper prudenti profuit urbi,
Commoda cunctorum nocte dieq; juvenis.
Hinc licet exluvias deponens, sidera scandis,
Magne tamen tua Vir fama superstes erit.

Christophorus Woyt, *Præc. Class.*

Wer die Beredsamkeit nur wird zu Herzen fassen/
Der wird und kan gewiß das Trauren hie nicht lassen/
Der sparet auch gewiß alhie der Thränen nicht;
Weil aber Künste Marc und Herze Liche abrichte,
Daniel Kaulpersch / *Gymn. Coll.*

